Jr. Exucess

Litteras tuas ylaris heri accepi ad quas rescribere statim potui si puerum haberem quem ad te cum missurus habuissem.

Quotienscumque litteras tuas audio presentiam tui cogito nec aliud existimo quam omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaque venire ceperis invicem nos de proximo videbimus. Bene vale te opto.

De his que mihi scripsisti non licet arundine et atramento eloqui, quarum altera res notat et designat aliquid, altera evidenter ostendit, precipue cum sciam inter vos esse, hoc est apud vos et in vobis, qui me intelligant. Honor omnibus habendus est et tanto magis quanto indignandi occasiones captant. Quibus si patienciam demus omni modo eos et quaqua parte vincemus, si modo hi sunt qui penitenciam agant. Bene vale te opto.

honore diu[ino] exhibedo

Profiteor me bene acceptum lectione litterarum tuarum quas Galathis Corinthiis et Atheniensibus missisti et ita invicem vivamus ut etiam cum honore divino eas exhibeas.

recti ut quod ... mittat alium

Scito te non tamen tui causa quietum litteris quas ad te dederam epistolarum tuarum Cesari fecisse quia natura rerum que eum inde habet ab omnibus actibus et moribus non rectis revocavit ut non hodie admirer quippe ut is qui multos doceret. Hoc iam non tristissime tristissimum habeo. Igitur nove agamus. Ceterum si quid facile in posterum iam factum est veniam rogabit. Misi tibi libr.. Vale Paule carissime.